

Epreuve : Thème latin 102...Matière : 0308 Thème...Session : 2020

CONSIGNES

- Remplir soigneusement, sur CHAQUE feuille officielle, la zone d'identification en MAJUSCULES.
- Ne pas signer la composition et ne pas y apporter de signe distinctif pouvant indiquer sa provenance.
- Numéroté chaque PAGE (cadre en bas à droite de la page) et placer les feuilles dans le bon sens et dans l'ordre.
- Rédiger avec un stylo à encre foncée (bleue ou noire) et ne pas utiliser de stylo plume à encre claire.
- N'effectuer aucun collage ou découpage de sujets ou de feuille officielle. Ne joindre aucun brouillon.

Pictores, qui metere tempore miserunt in quo antiqua et menusta
tempora iterum inuenta sunt, quia ea iterum inuenerunt, nymphas et
delapsas aedes et satyros et deos, in locis quibus habitabant, posuerunt.
Equidem autem Bacchanalia eorum sentiebam, quae potentia confusaque
erant, et Parnassum in quo homines sereni erant: possis enim uidere,
ut mihi uidetur, ex illis operibus mollissima et flagrantissima somnia
quae firmiora et iucundiora fiebant quia cum eis simulacris, quae in
ima memoria erant, cohaerebant; quin etiam antiquis nominibus scriptorum,
qui poeticos aut alios libros scripserunt, eodem tempore eadem potentia erat.
Aeternae enim uero effigies Cupidinis erant quae aedes non fragiles et
perditae et umbrarum similes in solitudine praesentis temporis steterunt,
ut contra decoribus ornarentur, quae solum prima specie aliena dicas;
quae uero memoria inuolutae et pastae sunt et, ex opinione quae
contra omnium est, iuniores factae sunt quia in antiquissimis

fontibus perfluunt. Nam illae effigies temporis acerbum spatium transgrediebantur, quasi hic versicolor fornix esset, vel hoc in fulgentem consuetamque magnitudinem potius mutabant; miniculum enim ex disiminatione circumdabant.

Ac tamen me prohibere non poteram, cum illa opera spectabam, aliquid simile theatri semper sentire, quamquam hoc tenue fuit, quia illa veritatem exprimebant quae nobis esse desinit. Quin etiam, cum loca naturae picta a notissimo pictore spectarem in quibus agnoscere loca possem quae me circumdarent, putabam in eis, quibus montes et domus et arbores et rupes solum essent, ex quibus effigies fugissent, mensuram rerum originem magis etiam adesse et, si aliquando temptavisset ut virgines poneret quae lavarent, illum temptavisse, etiam si id nesciret, ut ea clarius exprimeret quibus re vera opus esset nihil aliud nisi quodam lucis ordine exprimi.

